

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicitia bs
cum fonte primo

Monstrabo tibi amatorium
sine medicamento, sine herba, sine ullius
uenifice carmine; si uis amari, ama.

Iocundius est amicum facere
quam habere; quomodo artificii
iocundius est pingere quam pinxisse.

Seneca epistola VI.

Hecaton ait, 'ego
tibi monstrabo amatorium
sine medicamento, sine herba, sine ullius
uenificae carmine: si vis amari, ama'.

Habet autem non tantum usus amicitiae
veteris et certae magnam voluptatem
sed etiam initium et comparatio novae.
Quod interest inter metentem agricolam
et serentem, hoc inter eum qui amicum
paravit et qui parat.

Attalus philosophus dicere solebat
iocundius esse amicum facere
quam habere, 'quomodo artificii
iocundius pingere est quam pinxisse'.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 9.6-7 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.18, ll.2-10).